



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ  
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Cap. XVI. De ritu vina bibendi, coronandi atq[ue] propinandi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**

## CAPVT XVI.

*Deritu vina libandi, coronandi, atq[ue] propinanđi*

**P**vtant Berosus & Herodotus *Libare à Libero*  
*Patre dictum esse. Hinc Ouidius.*

*3. de fastis.*

*Nomine ab authoris dicunt libamina nomen.*

Alij ferunt, à Gręco verbo λείβω quod ex latinis  
est libro: Idem q[ue] Leuiter tangere, ac degustare. Melius  
tamen illi, aliorum iudicio saluo, qui à sacrificando  
deducunt, quod veteres censuerint vinā quæ expo-  
turi erant, Diis suis primum sacrificanda.

*Conuiual.*  
*quest. de-*  
*cade. 3.*

*Libandi*  
*ritus quid?*  
*& unde?*

Ergo libationum vanus usus fluxit primum ab  
Ethnicis: Plutarchus testis est, antiquit[er] viguisse mo-  
rem, vt nemo gustaret vinum nisi prius alicui Deo  
libasset, quod potus illius, ceu pharmaci, sibi innoxius  
esset, & salutaris. Et si quando sacrificiis insistebant,  
peractis his, laute pergræcabatur, eo ritu, vt primum  
vina Diis offerrent, tūm escas quoq[ue] omnis generis,  
opipereq[ue] instructa fercula, eoq[ue] actu, quasi religio-  
ne quadam sacrata, demum exstructis atq[ue] apparatu-  
mensis, multis Cæremoniis reponebant: tūm se mu-  
tuō ad bibendum strenuē, atq[ue] epulandum, è sacra-  
ilio vino, escap[er]e, incitabat, ac propinando hortaban-  
tur, quod ea cæremonia Deorum honorem augeri,  
existimarent. Constat id, vt alia taceam huius reicer-  
tissima indicia, è scripturis sacris, quando Moyses  
hoc Israhelitis, vt abominandum scelus exprobra-  
uit. Et Dicet, verus Deus, vbi sunt Dij eorum, in quibus  
habebant fiduciam? De quorum viclimis comedebant  
adipes & bibeant vinum libaminum? Surgant & op-  
tulentur vobis, & in necessitate nos protegat. De Grę-  
cis sic Alexander ab Alexandro. Gręci in conuiuis De-

*Deut. 32.*  
*Lib. 5. Ge-*  
*nial. dier.*  
*cap. 21.*

los & amicos inter pocula salutant, nominatimque appell-  
ant,

lant, euacuato poculo, præterea cum Magistratus & ho-  
nores dabant, vina pateris circumferebant. Cumq; alicui  
propinassent, nominatim designabant, cui poculum vino  
repletum dandum esset; Et sic deinde, Deos primo, tūm a-  
amicos appellabant, & precatis Diis, poculum affatim  
hauriebant. Eiusdem rei usum ad legatorum exce-  
ptionem, cum hostium fines ingredenterur, memo-  
rat alibi hisce verbis. *Apud Græcos, nisi præconibus ad  
hibitis, legatos minimè hostium fines ingredi decebat, ne-*  
*que legationis munere fungi quemquam, ni prius infusa  
aqua ab iisdem, manus abluisse, louiq; coronatis poculis  
propinasset.*

*Li. 5.ca.3.*

De Græcis pariter atque Romanis, Iustus Lipsi- *Poliorce-  
us virætate nostra literatissimus. Græcis, inquit, & ticon. lt. 5.  
Romanis inter pocula & mensas, maximè secundas, Di- Dialog. 10.  
i primū libare, eorumque honori bibere; Tum etiam  
beneficis in se aut amicis. In isto numero, qui magis quam  
viri principes, quorum beneficio & cura, nos & nostra  
salut? Quod igitur Græci patronis aut amicis propina-  
uerint, (nam de Diis omitto rem notissimam) ex Ouidij  
loco clarum de Theseo, ubi Athenienses coniuia agi-  
tantes, ob eum reducem post facta eius enumerata ad-  
dunt---*

*Pro te fortissime, vota*

*Publica suscipimus, Bacchi tibi sumimus haustus.*

Silius item, de Quinto Fabio cunctatore, qui *Lib. 3.*  
rem Romanam seruavit.

*Nec prius aut Cererem vel munera grata Lyæi,  
Fas cuiquam tetigisse fuit, quam multa precatus  
In mensam Fabio, sacrum libauit honorem.*

Eo.

L. 4. car.  
minum  
Ode. 5.

Eodem respexit Horatius.

Hinc ad vina redit latus & alteris  
Te mensis adhibet Deum.  
Te multa prece, te prosequitur mero,  
Defuso pateris, & laribus tuum  
Miscer numen, uti Græcia Castoris  
Et magni memor Herculis.

Atq; eo tandem processerant dementiæ, vt si quis  
nollet bibere, Deorum iram, Bacchi præsertim, &  
minarentur. Id Tibullus innuit hoc versu.

Iam venit iratus nimium nimiumq; severus  
Qui timet irati numina magna, bibat.  
Quales his penas Deus hic, quantaq; minetur,  
Cadmæ matris præda cruenta docet.

Coronan-  
di vina  
consuetu-  
do.

Morem ac modum vina coronandi, si Valerio  
Maximo ad stipulamur, constabit antiquissimum  
fuisse, ac ex Asiaticis deitatis emanasse ad Spartanos,  
& Macedones, postremò ad Romanos, vt vocati  
cum coenaturi essent, coronatis capitibus accede-  
rent. Et vasa quoq; vinaria, & pocula, sertis decorare  
solebant; quin etiam preciosis vnguentis sese asper-  
gebant, ad hilaritatem & ornatum conuiuij. signifi-

Ode. 36. l. 1. catum id ab Horatio.

Ipse vnguentum puer, ac coronas:  
Neu defint Epulis rose,  
Nec viuax apium, nec breve lilium.

Lib. 1. A.  
neid.

Eta Virgilio--

Crateres magnos statuunt & vina coronant.

L. 14. Epi-  
gram.

Eodem recedit illud Martialis.

Lib. 1.

Frange thoras, petra vina, rojas cape, tingere nardo,

Eleg. 7:

Et quod Tibullus cuidam exoptat,

Illius è nitido stilett vnguenta capillo,

Et capite & collo mollia sertagerat.

Volup-

Voluptuosus hic luxus, non iniuria penitus ex-  
terminatus est olim, ac profligatus, à Christianorum  
conuiciis.

Propinandi ritus, apud veteres solennis erat, ac Propinan-  
gatus, non quidem ad explendam sitim in fine di Cere-  
mensa, sed ad communem lātitiam, & gratiam in- monia.  
terse conciliandam. Inde προπίνειν apud Gr̄cos  
dictum, & φιλοθεσίον προπίνειν, quasi amicabile po-  
culum, καὶ τὸ κύκλῳ προπίνειν, in orbem bibere, ac cir-  
cumferre.

Formam verò propinandi exponit Athenaeus his- L. 4. in Ca-  
ce verbis. cum potum Caranus incepisset iusst̄ pueros ranij  
propinationem paruis poculis in orbem circumferre, Macedo-  
nibus ad bibendum, se mutuò prouocabant. Allusit ad  
id Plautus in Persa.

Pagnium, (puer pincerna) tardè Cyathos mihi das,  
Cedo Sani:

Benè mihi, benè robis, & benè amicæ meæ.

Sic poculum euacuans.

Porrò docet Aristophanes, olim quoq; peracto In vespis  
Conuiuio, sublataq; mensa, meracum inferri con- Ritus pro-  
stueuisse, atq; eum calicem ἀγάθῳ δαιμονῷ, id est pinandi  
boni genij appellatum. Idem poculum, Athenaeus unde  
ostendit dictū μετάνιησόμ; q; à lotis manibus adfer- quam va-  
retur. Vnde vulgatum illud Grecorum, Δαιμονῷ L. II. Dip-  
λαγάθῳ μετάνιησόμ;. Hunc calicem quisquis acce- nosophista  
pisset, præbibebat alteri cuiquam è conuiuis.

Et illud quoq; constat, tūm è Luciano, tūm ex A- In Lapio  
thenæo, morem fuisse, vt si quando bibituri essent thu-  
alterique propinaturi, aut Deum quempiam, aut  
hominem, omnisca caussa nominarent, rati cessurum  
melius potum, eo præmisso quasi auspicio. Ægidi- Trina in-  
us item Albertinus ex Antonio de Guerau comme- honorem  
morat,

*Gratia-* morat, solitos quoq; vel ter in honorem Gratiarum,  
*rum aut* vel nouies, musarum cultu peculiari, bibere. Hinc  
*nouenano-* Ausonius.

*mine Mu-*  
*sarum bi-*  
*bizio.*

*Libello de*  
*conuratu-*  
*s & compo-*  
*rationibus*  
*titu. 6.*

*Lib. 3.*

*Ode. 19.*

*Bibitio*  
*multipli-*  
*cata ad nu-*  
*merum li-*

*terarum*  
*quo consta-*  
*bat amici*  
*nomen, cui*  
*voto pocu-*  
*lanuncu-*

*pabant.*

*Lib. 2.*

*Eleg. 1.*

*Bibitio*  
*cum incla-*  
*matione*  
*nominis*  
*amici.*

*Ter bibe vel toties ternos, sic mystica lex est,*  
*Vel tria potandi, vel ter tria multiplicandi.*

*Et Horatius.*

*Tribus aut nouem*

*Miscentur Cyathis pocula commodis,*  
*Qui musas amat impares,*  
*Ternos ter Cyathos attonus potet vates.*

Nec hic substitere, eiusmodi superstitionum, in bi-  
 bendo atq; propinando vino, ludicra; quin etiam in  
 eorum gratia quos diligebant, tot Cyathos euacua-  
 bant, quot literis nomina ipsorum constabant: in-  
 dicat id Martialis in Epigrammate.

*N E V I A* sex cyathis, septem Iustina, bibatur:  
 Quinq; LYD AS, LYD E quatuor, ID A, tribus.  
 Omnis ab infuso numeretur amica falerno,  
 Et quia nulla venit, tum mihi somne veni.

Interdum etiam solo amici nomine inclamato,  
 potabant. Hinc Tibullus.

*Sed benè Messalam sua quisq; ad pocula dicat,*  
*Nomen & absentis, singula verba sonent.*

Increbuerant hec passim ceremonie, ac præseruit  
 inter Teutones adeò, vt nec aboleri possent, nec an-  
 tiquari facilè. Indè arbitrantur quidam, & meo iudi-  
 cito non ineptè, permisum à primis illis Germanis  
 Apostolis, vt inter Epulas alter alteri, amoris ergo ac  
 benevolentie, propinarent, nemine tamen, ad re-  
 spondendum æquali haustu, ni placeret, adacto, quo  
 gentilis ille, Idolatriam olens ritus, in pium, & hu-  
 manum usum transiret. Illud verò sublatum omni-  
 no, vt bibituri, Deos nominarent.

*Neg*

Neq; ego nunc propinandi morem taxauerim, si quis, vt apud Italos, atq; alias exteras nationes in vsu sibi suo quo biberit poculo, alios amicitia ergo salutet, ipsi deinde, an & quādo respōdere velint, libertatē permittat. Quę si consuetudo in Germaniam inuehi posset, abrogata illa, q̄ diximus, ad æquales haustus impulsione, quid non esset boni sperandum? Crediderim ego, & non temerē, nationis eius pristinū atq; avitum splendorē, in hoc solo cardine versari.

Præclara hoc caput auctoritate Plutarchi conclu- *In conui. 7.*  
dam. Bonorum virorum, & sapientum conuiua, non sapientū.  
augit impensas, sed minunt poti⁹, cū superuacanei obso-  
nori apparat⁹ omittitur, & vnguēta peregrina, & bel-  
laria, vinorumque preciosorum diffusiones, quę omnia  
presertim hoc ybertim propinandi luxu, fiunt.

## CAPVT XVII.

Degrandioribus Cyathis à duobus tribusue in cir-  
cum epotari consuetis.

E T iste mos à priscis olim Germanis dimanauit,  
vt duo tresue, grandius aliquod poculū, aliis to-  
tide præbitum, in gyrū ita transmittant, vt nullus  
ē Symposio, relinquatur ab eo immunis. Nā auctor  
est Cornelius Tacitus, cuius quoq; sentētis subscri- *In anna-*  
bunt, inter alios Auentinus, & Bohemus, qui de ve- *libus.*  
terum Teutonū ritibus, atq; viuendi consuetudine  
scriperunt, eos, & ante Christi suscepṭā fidem, cum  
adhuc gentilitatis errorib⁹ immersi erant, conuiua  
sua hoc bibendi ritu exornasse, vt συμποσίαρχος,  
vt Homerus & Xenophon appellant eū, qui amicos  
conuiuo excipit, luculentiori aliquo poculo, quo  
haud vulgare, sed præstantissimū, quod conqueriri po-  
terat, vini genus continebatur, principio epularum,  
hono-